

## Ode composée à l'occasion d'une soutenance de thèse.

**Numéro d'inventaire** : 1982.00156

**Auteur(s)** : Henri Siméon ou Simon Thomassin

J. Le Comte

**Type de document** : imprimé divers

**Période de création** : 4e quart 17e siècle

**Date de création** : 1690

**Description** : Feuille de papier vergé filigrané, pliée en deux. Papier bruni et sali. Bords dégradés. Déchirure à la pliure, dans la partie inférieure. Illustration en haut de la première page. Texte imprimé sur trois page, recto-verso. Lettrine.

**Mesures** : hauteur : 330 mm ; largeur : 225 mm

**Notes** : Ode en vers latins composée par J. Le Comte, dédiée au directeur du Collège Mazarin ainsi qu'aux magistrats municipaux, à l'occasion de sa soutenance de thèses en mathématiques, sur l'art militaire et les fortifications. Tèses soutenues le 6 août 1690 au Collège Mazarin. Illustration: estampe de Simon Thomassin. Sous le cadre: "S.Thomassin fecit Graveur du Roy. 1690". Cour du Collège Mazarin. Dédicace: "Illustrissimo Praefecto ac nobilissimis Aedilibus urbis, cum eorum auspiciis propugnarentur in Collegio Mazarinaeo Theses Mathematicae de Arte oppugnandi et muniendi, die VI August, M. DC. XC."

**Mots-clés** : Affiches de thèses et d'exercices publics

**Filière** : Post-élémentaire

**Niveau** : Post-élémentaire

**Autres descriptions** : Langue : Latin

Nombre de pages : n.p.

Commentaire pagination : 30pages

ill.

34



ILLUSTRISSIMO  
PRÆFECTO,  
AC  
NOBILISSIMIS  
ÆDILIBUS URBIS,

*Cum eorum auspiciis propugnarentur*  
IN COLLEGIO MAZARINÆO  
*Theses Mathematica de Arte oppugnandi & muniendi,*  
*die VI. Augusti, M. DC. XC.*

O D E.



URCI (superbis nam Tibi  
molibus

URBS aucta, cœlo jam caput  
æmulum

Tollit, nec ultra promo-  
veri

Imperat ambitiosa muros )



Modum inquietis pone laboribus,  
Adesque tandem. VOS quoque Civium  
Tutela, Prætorisque magni  
Consilium, PROCERES, adeste.

Non hic inanes auribus obstreperunt  
Rixæ; dolosis non Ratio furit  
Armata nugis; non moventur  
Voce super rabiosa bella,

Sed Castra nullis pervia viribus  
Tutum docentur cingere Militem:  
Hostemque discunt Civitates  
Multiplici repulsi vallo.

Hic mille fœtos funeribus puer  
Imbellis audet non trepidâ globos  
Traçtare dextrâ; jamque in Hostem  
Haud dubios meditatur ictus.

Hâc arte freti, parva manus virûm,  
Arces tuentur; nec metuunt minas  
Furentis Europæ: hâc & omnem  
Francica vis tremefecit Orbem.

Hinc fama campis Floriacis venit:  
Spumans superbo sanguine adhuc tumet,  
Mosamque Sabis decolorat  
Hesperia, Batavæque cæde.

Hâc arte nostri martia Militis  
Innixa virtus fulmine naufrago  
(Luctante Neptuno, atque Ventis)  
Fluctivagas jaculata turres

Diffregit. Ah, quot fragmina Navium  
Ambusta, vasti ludibrium æquoris,  
Ventis fatigantur! Per ipsas  
Flamma furent, glomerante Cauro,

Bacchatur undas: territa Classium  
Latè ruinas litora colligunt;  
Thethysque Terræ luctuosas  
Reliquias dat habere Matri.

Oris ab Anglis supplicium videns  
Abominandi criminis, horruit  
Perjurio plebes nefando  
Aula sacros violasse Reges.

J. LE COMTE.